



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 70. Contentiones de Episcopatu Albiensi & Archiepiscopatu Bituricensi

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

ptis Papæ literis Mense Julio Anno Sacul. XVI.  
Domini millesimo quingentesimo decimo A.C. 1518.  
nono Archiepiscopalis Ecclesiæ suæ pos-  
sessionem accepit.

§. LXX.

*Contentiones de Episcopatu Albienſi  
& Archiepiscopatu Bitu-  
ricensi.*

Sub idem tempus Albensis vacavit Episcopatus, ejusque Capitulum juxta Pragmaticæ leges ad electionem processit: Rex vero ex Concordati indulto ad eandem Ecclesiam quemdam Virum Ecclesiasticum nominabat, quo circa a Rege vocatus impetratis a Romano Pontifice literis Episcopatum suum adire paravit, statimque ambo Competitores coram Parlamento Tolosano litem moverunt; ast causa postmodum ad Parisiense Parliamentum evocata, Rex Praesidem, ac litis relatorem adesse jussit, dato utriusque negotio, ut cauam juxta Concordati praescripta dijudicarent; nihilominus Parliamentum, spredo Regis mandato, secundum veterem disciplinam electo Albensem Episcopatum attribuit, non sine gravi Regis indignatione.

Haud minori studio Bituricense Capitulum Pragmaticam tuebatur; Archiepiscopo enim fatis functo, quemdam no-

*Hist. Eccles. Tom. XXXIII. Z mine*

Sæcul. XV. mine Beuiliū via electionis subrogabat;  
A.C 1518. Rex quoque Guilielmum Parvum, quem  
 conscientiæ arbitrum habuit, nominabat, unde Parvo a Capituli electione ad Se-  
 dem Apostolicam provocante, lis inte-  
 grum sesqui annum tenuit, tandem vero  
 Parvus caufsa cecidit, Leone X. electum  
 confirmante, eoquod Capitulum eligen-  
 di privilegio auctum fuisset, nec Sanctitas  
 sua, ut ipsamet in Concordato declara-  
 bat, Capitulorum privilegiis derogare, ul-  
 latenus intenderet.

## §. LXXI.

*Annotationes Eckii in propositiones Lutheri.*

**R**aynald. ad an. 1518 n. 91 Cum Lutherus magnum sibi sectatorum  
 numerum conciliaret, Joannes Eckius  
 Theologiæ Doctor ac Professor, necnon  
 Ingolstadiensis Universitatis Pro-Cancel-  
 larius Religionis tuendæ debito sese ob-  
 strictum existimabat, ut Lutherum jun-  
 ctis cum Tetzelio armis aggredetur.  
 Primo adversarii sui propositiones notis,  
 quos *Obeliscos* vocabat, perstrinxit, ante  
 omnia demonstrans, quod Sacramenta  
 novæ legis efficaciam suam ex se ipsis  
 habeant, & Sacramentum poenitentiæ,  
 cum ex Lutheri doctrina culpam non  
 remittat, necessario poenam remittat, nec  
 non pari ratione, qua Ecclesiæ Ministri  
 culpam